

## Specimen livello A (A1+A2)

1	Antonius, qui Asiam et Orientem tenebat, repudiata sorore Caesaris
2	Augusti Octaviani Cleopatram, reginam Aegypti, duxit uxorem. Contra
3	Persas etiam ipse pugnavit. Primis eos proeliis vicit, regrediens tamen
4	fame et pestilentia laboravit et, cum instarent Parthi fugienti, ipse pro
5	victo recessit. Hic quoque ingens bellum civile commovit cogente uxore
6	Cleopatra, regina Aegypti, dum cupiditate muliebri optat etiam in urbe
7	regnare. Victus est ab Augusto navali pugna clara et inlustri apud Actium,
8	qui locus in Epiro est, ex qua fugit in Aegyptum et desperatis rebus, cum
9	omnes ad Augustum transirent, ipse se interemit. Cleopatra sibi aspidem
10	admisit et veneno eius extincta est. Aegyptus per Octavianum Augustum
11	imperio Romano adiecta est praepositusque ei C. Cornelius Gallus. Hunc
12	primum Aegyptus Romanum iudicem habuit. Ita bellis toto orbe confectis
13	Octavianus Augustus Romam rediit, duodecimo anno, quam consul
14	fuerat. Ex eo rem publicam per quadraginta et quattuor annos solus
15	obtenuit. Ante enim duodecim annis cum Antonio et Lepido tenuerat. Ita
16	ab initio principatus eius usque ad finem quinquaginta et sex anni
17	fuerunt. Obiit autem septuagesimo sexto anno morte communi in oppido
18	Campaniae Atella. Romae in campo Martio sepultus est, vir, qui non
19	inmerito ex maxima parte deo similis est putatus. Neque enim facile ullus
20	eo aut in bellis felicius fuit aut in pace moderatior. Quadraginta et quattuor
21	annis, quibus solus gessit imperium, civilissime vixit, in cunctos
22	liberalissimus, in amicos fidissimus, quos tantis evexit honoribus, ut
23	paene aequaret fastigio suo.

### Esercizio 1

Si propone una parafrasi del brano: completala inserendo al posto giusto 10 parole scelte tra le 12 proposte al fondo: **(1 x 10 = 10 punti)**

Cleopatra, regina Aegypti, \_\_\_\_\_ Antonio triumviro, qui Octavianam repudiaverat et, cum Asiam et Orientem \_\_\_\_\_, contra Persas et Parthos pugnavit exitu \_\_\_\_\_. \_\_\_\_\_ Cleopatra Romae regnare cupiebat, Antonius bellum civile suscepit; apud Actium tamen \_\_\_\_\_ est et in Aegyptum reversus ad comitandam reginam iam \_\_\_\_\_ sibi mortem dedit; regina quoque \_\_\_\_\_ se vita privavit. Aegyptus provincia adiuncta est et Gallum primum iudicem Romanum habuit. Cum tot bella perfecisset, Octavianus imperium rexit usque ad mortem, quae \_\_\_\_ cepit septuagesimum annum \_\_\_\_\_ dum in Campania est. Romani autem eum in Campo Martio

sepeliverunt ob merita eius: fuit enim in bello prosper, clemens in pace, in cives civilis, in omnes liberalis, in amicos fidelis. \_\_\_\_\_ tantis honoribus sustulit ut eos faceret sibi aequales

serpente  
agentem  
incerto  
quod  
nupsit  
ita  
victus  
solus  
eum  
eius  
quos  
teneret

## Esercizio 2

Individua la risposta corretta: **(2 x 3 = 6 punti)**

a) Nella frase *In bellis felicior, felicior* corrisponde all'italiano:

1. Più felice
2. Più fertile
3. Più favorevole
4. Più fortunato

b) Quale dei seguenti significati italiani non è riconducibile a *extincta est*:

1. Estinguere
2. Tingere
3. Morire
4. Spegnere

c) Quale dei significati seguenti del vocabolo *imperium* (r.11 e r. 21) nel testo non è presente

1. Impero
2. Ordine
3. Dominio
4. Comando

### Esercizio 3

Riordina le varie sequenze. Due sono inadatte o sbagliate **(1 x 10 = 10 punti)**

1. Antonio combatte contro i Persiani
2. Antonio regna su Asia e Oriente.
3. Augusto torna a Roma dopo essere stato console per dodici anni
4. L'Egitto è affidato a Cornelio Gallo
5. Augusto combatte molte guerre
6. Vinti da Augusto ad Azio Antonio e Cleopatra tornano in Egitto e si uccidono
7. Augusto è sepolto nel Campo Marzio.
8. Augusto governa per cinquantasei anni.
9. Antonio ripudia Ottavia e sposa Cleopatra.
10. Augusto muore in Campania

### Esercizio 4

Scegli la risposta esatta fra quelle proposte: **(1 X 4 = 4 punti)**

- a) Actium est locus
1. In Thessalia
  2. In Ponto Eusino
  3. In Laconia
  4. In Epiro
- b) Antonius victus est ab Augusto
1. Navali pugna
  2. Proelio terrestri
  3. In acie
  4. Per insidias
- c) Octavianus vixit
1. Quadraginta et quattuor annis
  2. Septuaginta et sex annis
  3. Duodecim annis
  4. Quinquaginta et sex annis
- d) Cleopatra extincta est
1. Venenum sumendo

2. Aspide
3. Laqueo
4. Gladio

## Esercizio 5

Individua la risposta corretta: **(2 x 5 = 10 punti)**

a) *Repudiata sorore* è un ablativo assoluto con valore:

1. finale
2. causale
3. temporale
4. concessivo

b) *Fugienti* è riferito a:

1. Parthi
2. Ipse
3. victo
4. Ei (sottinteso)

c) *Obiit* è:

1. 3<sup>a</sup> p.sing. pf. ind att. da *obsum*
2. 3<sup>a</sup> p.sing. pf. ind att. da *obio*
3. 3<sup>a</sup> p.sing. pres. ind att. da *obeo*
4. 3<sup>a</sup> p.sing. pf. ind att. da *obeo*

d) *eo* (r. 14) è:

1. abl. sing m. da *is, ea, id*
2. abl. sing n. da *is, ea, id*
3. avverbio di st. in luogo
4. 1<sup>a</sup> p. sing. pres. Ind. Att. da *eo, ire*

e) *quibus* (r. 21) è:

1. pron. determinativo
2. pron. relativo
3. pron. interrogativo
4. pron. Indefinito

## Esercizio 6

Inserisci i termini tra parentesi opportunamente coniugati o declinati **(1 x 10 = 10 punti)**

Tanto autem \_\_\_\_\_ (amor, oris) etiam apud barbaros fuit ut reges populi Romani \_\_\_\_\_ (amicus, i) in honorem \_\_\_\_\_ (is, ea, id) conderent civitates, \_\_\_\_\_ (qui, quae, quod) Cesareas nominarent, sicut in Mauritania a \_\_\_\_\_ (rex, regis) Iuba et in Palestina, quae nunc est urbs clarissima. Multi autem reges ex regnis suis venerunt ut ei \_\_\_\_\_ (obsequor, i) et \_\_\_\_\_ (habitus, us) Romano, togati scilicet, ad vehiculum vel equum ipsius cucurrerunt. Moriens Divus appellatus, rem publicam beatissimam Tiberio successori \_\_\_\_\_ (relinquo, ěre) qui privignus ei, mox \_\_\_\_\_ (gener, eri), postremo \_\_\_\_\_ (adoptio, onis) filius fuerat.

